



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 95. Franciæ Regis postulatum de nubendi licentia Cardinali Borbonio concedenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

Sæcul. XVI. Etaretur. His denique addidit Lotha.  
A.C. 1563. ringius: hæc transmisi, ut de futuro  
hujus conventus exitu judicium ferri  
possit, ego equidem meis partibus haud  
deero, quid tamen de hoc congresu spe-  
rare liceat, haud ignoro.

## §. XCV.

*Franciæ Regis postulatum de nubendi  
licentia Cardinali Borbonio  
concedenda.*

Eadem ferme omnia Lansacus ad Reginam Administratricem perscripsit, præterea significans, quod Theologi conventu habitu de Sacerdotum coelibatu egerint, ac proposuerint, utrum Papa in casu publicæ, atque urgentis necessitatis Sacerdoti legis gratiam facere queat, vi cuius Matrimonium inter ipsi liceat. His præmissis Lansacus addebat, quod sperandi locus sit hanc gratiam Borbonio Cardinali concessum iri, eo quod Rex id desiderare videatur (\*).

Ageba-

(\*) Cum toties in rebus etiam gravissimis Franciæ Regis nomen audiatur, ac Continuator plura ab eo jussa, sancita, vel petita referat, observandum est, quod idem Rex tum nonnisi duodecim annorum puer fuerit; ex hac autem ætatis imbecillitate judicii infirmi-

cas

Lotha-  
futuro  
m. ferri  
us haud  
effusione  
nubendi  
nio  
ad Re-  
scripsit,  
heologi-  
a coeli-  
utrum  
rgentis  
iam fa-  
um ini-  
nsacu-  
ancgra-  
sum iuri-  
ur (\*).  
Ageba-  
gravissi-  
ac Con-  
el petita  
ex tum-  
erit; ex-  
infirmit-  
tas

Agebatur auten tunc de connubio Sæcul. XVI.  
inter Borbonum Cardinalem Presby- A.C. 1563.  
terum, & Guisii Ducis viduam ineundo,  
sub hoc prætextu, ut inde Catholico-  
rum pars potentior redderetur, ac Gui-  
siorum familia connubiali födere cum  
Borbonia Domo illuſtrior fieret.

Evidem Gallorum consilium eo ab- *Pallav. l. c.*  
ibat, ut hoc negotium in Synodo pro- *Sarp. p. 660.*  
poneretur, ibidemque hæc dispensatio *Mem. de*  
peteretur: verum Lotharingius Cardi- *Conc. p. 408.*  
nalis demonstratum ibat, quod Synodo  
ægre admodum persuaderi posset, quod  
hæc cauſa adeo urgens ac æqua sit,  
cum Rex adhuc ætate juvenis, duos  
que fratres vitæ superstites præter plu-  
res Catholicos Regii sanguinis Princi-  
pes haberet, ut proin hæredes ex Borbo-  
nii Cardinalis connubio expectare nul-  
latenus necessarium esset, aliunde ve-  
to Presbyteri conditio eundem non ex-  
cluderet a Regni administratione, quam  
sibi Rege adhuc sub curatoribus con-  
stituto deberi contendit, salvo itaque  
meliori judicio Papam pro hoc favore  
rogare consultius foret. Evidem pro  
imperanda legis gratia interpellabatur  
Pon-

---

tas colligi poterit, ut proin facilis conjectura  
sit, plurima tum nonnisi ementito Regis no-  
mine a Ministris fuisse attentata.

**Sæcul. XVI.** Pontifex, hic tamen nullatenus ~~hanc~~  
A. C. 1563. rem concedere voluit (\*).

§. XCVI.  
*Viterbiensis Episcopus Lotharingio  
 suum Tridento discessum dis-  
 suadere conatus.*

**Pallav. l. 20.** Vix Episcopus Viterbiensis de Lotha-  
 ringii Cardinalis discedendi propo-  
 fito certior erat factus, cum illico eum  
 ab hoc itinere abducere intentus ex-  
 poneret, quod ex animi ægritudine, que  
 in illo comperta esset erga Pontificem  
 & Legatos, sibi quilibet inducturus esset  
 in animum, hujusmodi discessum exin-  
 de fuisse profectum, ut adeo in ipso pa-  
 telie-

---

(\*) Nec mirum, haud enim sibi persua-  
 dere potuisset Papa, quod ejusmodi dispensa-  
 tio sincero animo peteretur a Gallis, qui sem-  
 per alta voce inclamabant, urgebantque disci-  
 plinæ reformationem, ut ergo legi ce-  
 libatus ab universa Ecclesia per tot sæcula re-  
 ceptæ vulnus infligatur, Gallos postulasse nun-  
 quam credidisset Pontifex, præcipue eo tem-  
 pore, quo veluti novæ hæresis classico Secta-  
 tores cuncti Catholicos a veteri Ecclesiæ di-  
 sciplina, ac fide & præcipue Sacerdotes obla-  
 subendi libertate avocare studebant, ac æquali  
 furore reformationis obtentu Ecclesiam defi-  
 gurabant.